alioꝝ astroꝝ ⁊ reflectit in illa pte q̄ in alia pte. Et ideo cōcludim⁹ ꝙ ga
latia est de natura celi ⁊ pars integralis octaue spere cū nullibi appeat
nisi in octaua spera ⁊ nō est de natura elemētari qḋ pōt ꝑsuaderi sic qm̄
si galatia eēt impssio supme regionis aeris ⁊ tunc hoib⁹ in diuersis re
gionib⁹ existentib⁹ appareret sub diuersis ptib⁹ celi. sꝫ hoc est falsū ⁊ ꝯtra
experientiam. q: orientalibus et occidentalib⁹ appꝫ galatia in eodem
puncto celi in quo intersecat geminos ⁊ hec de primo capitulo.

# Secundum capitulum de impressioni bus humidis que generantur ex va pore Et primo.

## De generatione pluuie

Notādū ꝙ pluuie sic gñant. nā ꝑ calorē solis ⁊ alioꝝ astroꝝ ele
uat vapor calid⁹ ⁊ huid⁹ ab aqua existente ĩ istis ĩferiori
b⁹ ⁊ ab aliis corpib⁹ huidis vsq ad mediā regionē aeris ⁊ ibi ꝑꝑ loci fri
giditatē vapor ille ꝯdēsat seu ĩgrossat ⁊ fit nubes ⁊ tādē nubes resoluit
in aquā descēdētē ꝑ guttulas Vñ dt phūs ꝙ si ille gutte sint pue pluuia
illa vocat pcecades. Et si sint magne ⁊ grosse vocāt lābioceres Et si ille
gutte sint mediocres tūc vocant gñali nōiē. s. pluuia Vñ pluuia pt sic de
scribi pluuia ē aqua resoluta a nube ꝑ frigiditatē medie regiōis aeris
vel sic pluuia ē vapor calid⁹ ⁊ huid⁹ huiditate aquea eleuat⁹ a corpib⁹
huidis hic ĩferi⁹ existentib⁹ ꝑ calorē solis ⁊ alioꝝ astroꝝ vsq ad mediā re
gionē aeris vbi ꝑꝑ loci frigiditatē cōdensat ⁊ cōuertitur ĩ nubē nubes

in aquam descendentē p guttulas supra terram propter salutē aīantiuȝ Ex his clare patet. que sic causa materialis que effitiēs ꝛ q̄ finalis ipsius pluuie. vnde causa materialis pluuie est vapor calidus ꝛ humidus causa vero effitiēs saltim ꝓpinqua est frigiditas medie regionis aeris Sed remota est sol ꝛ alia astra. Sed causa finalis ꝓpinque pluuie ē generatio aquaꝝ. Finis vero remot⁹ est salus viuentiū. Ulterius est notādum ꝙ pluuia non p̄t generari in suprema regione aeris ꝓpter excessiuam caliditatem nec in inferiori ꝓpter remissā frigiditatē: sed in media regione vbi est frigiditas suffitiens ingrossare quācūq; multitudinē vapoꝝ. Et si queras quare nō cōgelat materia pluuie sicut materia grādinis ꝛ niuis ex quo ē tāta ꝛ cū tāta frigiditate. Rēdꝫ ꝙ sibi deficit multitudo exalatōis seu sicci trestris nēco requita miscibilr cū vapore ad ꝯgelatiōeȝ

## de quinqꝫ ꝓprietatibus ipsius pluuie.

Nota ꝙ a pho quinq; assignantur proprietates seu accītia ipsius pluuie. Prima proprietas ē ꝙ pluuia semꝑ descēdit p guttulas rotundas. vt melius resistat aeri calido p quem descendit. Secunda ꝓprietas est guttarum difformitas in suo descensu qm̄ aliqñ descendit cum magnis guttis ꝛ aliqñ cū paruis ꝛ hoc est propter vaporē multum vel paucū superius eleuatū. Tertia proprietas est ꝙ pluuia īterdū ꝛ dulcis interdū amara ꝛ hoc cōtigit ꝓpter diuersā cōmistionē vaporis qñq; eīn vapor ē multū terrestris ꝛ tunc est amarus qñq; est multū aereus ꝛ tunc est dulcis Sed alia ratio posset assignari qm̄ aliq̄ pluuie sūt dulces qñ siccū terrestre ꝛ bñ digestū. Et alique amare qñ huiusmodi siccū cū vapore non bene digeritur. Et alique sunt fetide ꝛ hoc est aut ratione loci infecti a quo eleuatur. āt ratione indigestionis sicci terrestris cum vapore. Quarta proprietas est citius generatur pluuia ꝙ quecūq; alia impressio aquea ex quo vapor virtute astroꝝ eleuatur vsq; ad mediam regionem aeris q̄ regio semper est disposita ad generandū pluuiā Quinta proprietas est ꝙ aliqñ cum pluit cadunt parue rane ꝛ parui pisces ꝛ hoc contingit eo ꝙ cū vapore calido ꝛ humido eleuatur exalatio viscosa que commiscetur aquositati ex qua cōmixtione generantur virtute alicuius astri talia animalia.

## de octo signis pluuie

Primum signum pluuie est apparitio nubis ꝛ ascensus vaporis sursū. patet qr qñ ascendit vadit ad locū pluuie. sꝫ qñ descendit significat serenitatē qr tūc recedit a loco pluuie. Secundū signum est diminutio roris ꝛ fontium nam quando ros ꝛ fontes diminuuntur. tunc viget constellatio eleuatiua vaporis ex quo generatur pluuia. Et econtra abundātia roris ꝛ paucitas pruine significant serenitatem. Tertium signum est humectatio parietum ꝛ lapidum. nam signum est ꝙ viget constellatio eleuatiua vaporis et hae aeris. quorum vaporum aliqui propter multitudinem non possunt

cito ascendere ꝛ in grossari a frigiditate lapidum ꝛ parietuꝫ humectāt illos. Quartum signum est ꝙ lampades ardentes sintillant seu stridēt et causa est quia tunc vapores multi eleuātur qui adherētes oleo causant stridorē. Quintum signum est rubedo matutina ꝛ palor solis ꝛ suorum radiorum et causa est quia multi vapores sunt eleuati inter solem et visum nostrum. Unde q₂ lux sapit naturam albi ꝛ vapor naturam nigri reflexio radioꝝ lucis in vapore grosso causat apparentiā rubei. Sed rubedo vespertina est signum serenitatis ꝛ causa est: quia illi vapores eleuati nō conuertētur in pluuiam propter recessum solis qui non eos vlterius eleuabit sed dispergentur. Sextum signum est quando in nouitate lune cornua apparent obtusa aut inserenitatis tempore stelle apparent magis distare. aut quādo sol citius solito videtur de mane cuiꝰ causa est: quia vapor interpositus impedit visionem acutieꝝ lune ꝛ visionē paruarum stellarum inflectitꝗ radios solares faciens mane citius solito ꝛ solem apparere anteꝙ sit supra nostrum orizontem. Septimum signum est cantus auiū ꝛ precipue coruoꝝ. vt dicit virgiliꝰ i georgicis et etiam cantus galli tempore insolito: et causa est multitudo vaporum qua rigant extinguendo pristinam siccitatem. Similiter cantus ranarū quia tempus humestatiuum est conueniens ranis exītibus in aquis. Octauum signū pluuie est quia tempore generationis pluuie pulices fortius pungunt ꝛ musce ꝛ oues auidius comedunt ꝛ aues diligentius alimēta querūt et causa est qm̄ propter humiditateꝫ actractā a virtute eleuatiua ex aqua generatur pluuia plus solito querūt humidū restaurātium. Preterea natura nō deficiens in necessariis dedit aīalibus nō hn̄tibus rationem quādā incliationem naturalem qua extimant nocumētum futurū de proximo fieri qd est nutrimenti eorum ꝓhibitiuū ideo hoc sentiens plus solido auide querunt cibuꝫ. Et preter ista octo signa pluuie adhuc possent assignari plura alia quorum vnū est vt vult paulus venetus qn̄ asini fricant aures ꝛ causa est qm̄ ex multitudine vaporum generatur in eis pluritus. Aliud signum dicit esse eleuatio capitū bouum ꝛ vaccaruꝫ in campis ꝛ pascuis seu impetus reuersionis ad villam signant pluuiam et tempestatem futuram ꝛ causa est quia cuꝫ operationes istoꝝ sint ab intelligentiis infallibilꝭ vt vult cōmentator. xii. methaphisice naturaliter inclinantur cognoscere nocumentum futurum.

## De generatione roris.

Aduerte ꝙ ros sic generatur nam per calorem solis de die eleuatur vapor subtilis in istam infimā regionem aeris qui adueniente frigiditate noctis temperate conuertitur in paruam aquā descendentē per guttulas ꝛ adherētes herbis ꝛ foliis arboꝝ. Et iō ros sic posset describi Ros est subtilis aqua genita ex subtili vapore eleuato virtute solis vsꝗ ad istam infimam regionem aeris.

## De q̄tuor accn̄tibꝰ seu ꝓprietatibꝰ roris

Cum ut inquit phūs primo de aīa accñtia magnam ptez conferant ad cognoscendum quod q̄d ē necē est ꝙ dicte impressiones habeant accidentia sua quibus cognoscā tur ⁊ ad inuicem distinguantur. Ideo dicit arestoteles ꝙ multa sunt roris accñtia. Primū est ꝙ est calidus ⁊ humidus ⁊ p̄ hoc distinguitur ab aliis trib⁹ impressionibus que sunt frigide ⁊ humide ⁊ causa est q: si cō tingat messes humectari rore cito tendunt ad putrefactionem quod nō contingit si humectarentur tanta pluuia eo ꝙ putrefacio fit ex calido extraneo ⁊ non a frigido. Secundum accñs est ꝙ aliquando est dulcis. scz quando vapor ex quo generatur est subtilis ⁊ multum habens de aere. Tertiū accñs est ꝙ blada collecta in rore cito putrescunt q: ibi est q̄daz materia viscosa ⁊ calida agēs in humidū. visco sum ei est causa putrefactionis. Quartum accñs roris est ꝙ oues comedētes herbas roridas ex fluxu sepe moriuntur ⁊ hoc est quia materia roris est viscosa ⁊ distemperat

## De generatione pruine

Pruina sic generatur nā per calorez solis eleuatur vapor subtilis habens debilez calorem vsq; ad infimaz regionem aeris. qui adueniente frigiditate noctis simul ingressatur ⁊ congelatur ⁊ descendens adheret foliis herbarum. Unde pruina sic diffinitur pruina est aqua congelata genita ex aqua subtili eleuata vsq; ad infimā regionem aeris ⁊ descendit ⁊ adheret herbis.

## De cōuenientia et drīa roris et pruine.

Nota ꝙ ros ⁊ pruina conueniunt ⁊ differunt. primo conueniūt q: generantur ex vapore subtili. Secundo conueniūt quia fiūt tempore sereno. Tertio ꝙ fiunt in infima regione aeris. Sed ros ⁊ pruina differunt primo in hoc quia vapor ex quo generatur pruina conuertitur in aquam ⁊ non congelatur. Sed vapor ex quo generatur ros conuertitur in aquam ⁊ nō cōgelat. Secundo differunt quia ros generatur tempore temperato. sed pruina generatur in locis frigidis ⁊ tēpore frigido. Tertio differunt quia ros generatur flante vēto australi. sed pruina vt in plurimum. generatur flante. borea.

## De quattuor accidētibus pruine

Primum accidens pruine est ꝙ ipsa generatur in aurora ⁊ maxime tempore frigido ⁊ in locis frigidis: nam pruina requirit congelationem Secundum accidens est ꝙ pruina fit ex materia fetida nam fit ex cōmistione exalationis calide cum vapore humido. Tertium accidens ē ꝙ plurimum adheret barbe hoīm ⁊ pilis nasorum equorum ⁊ animalium fortiter respirantiuz q: hanelitus ex quo generatur pruina adheret corpori propinquiori primitus ꝙ congeletur quia si primitus congelaretur propter suam duritiem ⁊ siccitatem non adheret pilis. Quartum accidens pruine est qđ pruis

na fit in locis depressis ꝛ non altis quia cum sit materia subtilis et rara statim adueniēte frigido congelatur ꝛ deorsum mouetur ꝛ ista est causa quare pruina non generatur in frustra dura ꝛ rotunda sicut grādo quia cum materia illa sit rara ꝛ pauca frigidum continens statim vndiqꝫ penetrat exprimendo fere totum humidum subtile ad cuius ad cuius expressionē discontinuātur ptes qꝛ humidi est continuare ꝛ ex hoc videtur lana carminata. Et posset addi quītū accidēs. videlicet ꝙ ex pruina fit mala locio eo ꝙ manus remanēt pingues ꝛ vntuose ꝛ cā est qꝛ vapor ex quo gñatur pruina ē viscosꝰ ꝛ vntuosꝰ cū eleuet a locis illa ꝛ denoīatōnū

# De generatione niuis.

Notandum ꝙ nix sic generatur. nam p calorem solis eleuat vapor calidus ꝛ humidus vsqꝫ ad mediā regionem aeris ꝛ ibi propter magnā frigiditatē conuertitur in nubem ꝛ nubes in niuem descendentē p partes grossas taliter ꝙ anteqꝫ ptes nubis conuertantur in aquā ꝯuertūtur in niuē propter vehementē frigiditatē nā congelatio preuenit conuersionem eius in pluuiā. Vñ vt dicit aresto teles nix ꝛ pruina cōueniunt in hoc qꝛ vtrūqꝫ gñatur p cōgelationē. sed differūt qꝛ generantꝛ in diuersis locis Et ēt nix gñatur ex vapore grossiori ꝙ pruina. Similiter in hoc qꝛ nix habet nubē preuiā pruina vero non.

# De accidentibus niuis

Primum accidens niuis est ꝙ est alba ꝛ causa est vehemens frigiditas nā frigidū agēs in humidum est causa albedinis vel qꝛ fuit ex materia trāsparēte ꝛ dyaphana ac disposita ad lucē. Secundū accidens ē ꝙ nix qñqꝫ cadit p paruas partes ꝛ quandoqꝫ per magnas. Tertium ꝙ nix auget blada. nam per suam frigiditatem claudit poros terre ꝛ tunc caliditas erīs ad intra fortificatur per antiperistasim ꝛ per consequens frumenta vegetantur Quartum accidens est ꝙ nix cōseruatur in altis montibus propter defectū caloris liquefacientis niuem. Quintum accidens est ꝙ si quis lauet manus niue reddit eas firmas eo ꝙ nix generatur ex vapore quodā modo sicco ꝛ terrestri. Sextum accidens est ꝙ nix reddit aerem turbidum et aliqualiter clarum propter humiditatem claram existentē in vapore ex quo generatur humiditas que clarificat. ¶ Septimum accidens est ꝙ nix nutrit oues et alia animalia. quia nix generatur ex humido haereo in quo consistit vita. ¶ Octauum accidens est ꝙ nix tendens ad liquefationem denigratur: et hoc est propter commixtionem ptiū terrestriū cū aquosis nā in ptes superiores remanēt ptes terrestres nigre. aquose aūt fluunt deorsū ¶ Nonū accidēs est ꝙ fluuij plus augētur ex liqfatiōe nimiū ꝙ pluuie. eo ꝙ aq̄ nimiū ē maiori tp̄e ꝙ pluuie.

# de generatione grandinis.

¶ Grando sic generatur. nam per calorem solis eleuatur ab istis infe-

riosibus vapor calidus et humidus usqz ad mediā regionez aeris vbi ꝑpter frigiditatem medie regionis conuertitur in nubem et nubes in aqaum descendentem per guttulas que guttule infrigidantur per antiperistasim propter infimam regionem aeris calidam intantum ꝙ congelantur et quāto illa congelatio fit prope terram tanto fit magis subito et grandines fiunt maiores

# In quo tempore generātur grādines

Aduerte ꝙ licet nix fiat omni tempore anni non tamen grando quoniam vt inquit arestoteles grandines magis fiunt in vere ⁊ in autumpno: ꝙ̄ in estate ⁊ hyeme. nam in vere ⁊ autumpno est maior abundantia vaporum ꝙ̄ in estate vel hyeme. De hyeme patet: quia tunc non est sufficiēs calor per quem vapores eleuentur sursum. Et similiter media regio nō est tam frigida in hyeme sicut in vere et autumpno et ad huc magis fiunt in estate ꝙ̄ in hyeme. nam in estate est calor sufficiens ad eleuandū vapores et media regio haeris est magis frigida propter antiperistasim in estate ꝙ̄ in hyeme. nam cum in estate sit maior caliditas tam in suprema ꝙ̄ in infima regione aeris, oportet regionem mediam magis intendi ⁊ magis fortificari per antiperistasim hoc est per aduentum sui contrarij circunstantis.

# De accidentibus grandinis

Primum accidens grandinis est ꝙ grando descendit per globos duros ad modum cristalli et hoc est quia generatur ex nube diuisa in guttas que fugientes contrarium tendunt ad rotunditatem. ¶ Secundum accidens grandinis est ꝙ grando mortificat vegetabilia propter eius duritiem et frigiditatem. ¶ Tertium accidens est ꝙ tempore generationis grandinis audiuntur magni soni: et hoc propter exalationes existentes in nube grandinosa que exalationes petentes exitum mouentur per nubem et eam frangunt et ex illā fractione causatur talis sonus. ¶ Quartum accidens grandinis est ꝙ aliquando cum grandine cadit pluuia et hoc quando in infima regione haeris est parua antiperistasis. id est parua fortificatio frigiditatis per aduentum sui contrarij circunstantis. scilicet caliditatis. nam tunc omnes gutte pluuie non possunt congelari per debilem congelationem et propter liquefationem partium extremalium. ¶ Quintum accidens est ꝙ grando aliquando est triangularis figure ⁊ hoc quando generatur prope terram et aliquando est circularis figure siue rotunde et hoc quando generatur remotus a terra: quia tunc non est tam fortis antiperistasis. et congelatio. ¶ Sextum accidens grandinis est ꝙ aliquando in grandinibꝫ apparent ymagines aīalium ⁊ hoc fit propter constellationem tunc vigentem que est figuratiua aīalium.

# Tertium capitulum de impressio nibus genitis sub terra.

Notandum est q triplices sunt aque in terra.s. aque fontales.aque fluuiales.z aque stagnales de quibus omnibus per ordinem est dicendum.

## De generatione aque fontalis

Aduerte q in concauitatibus terre includitur aer quo alterato z ingrossato includitur formā aque p frigiditatez terre q in talibus concauitatibus est valde potens z tandem aer ille conuertitur in aquam que fluit gmeatus z canales terre ad partem decliuiorē Deinde concurrente alio aere ad eundem locuz ex illo generatur aqua insequens priorem genitam z cum locus ille nō poterit āplius de aqua suscipere diffundi aquam exterius ex qua fiunt fontes et gnr fluuij. Et quanto concauitas est maior tanto magis de aere conuertit in aquam. Sed q ita sit.patet experientia nam raro videmus magnos fōtes oriri in terra plana eo q ibi non sunt magne concauitates.sed in locis montuosis sepe reperiuntur magni fontes nam terra montuosa est multuz cauernosa:in quib⁹ cauernis includitur aer multus qui cōuertitur i aquā Ex quibus patet q aque fontales non fiunt ex tartaro. neqz ex mari:neqz ex pluuia.neqz ex niue.patet quia tunc non esset rō quare ascenderet naturaliter perpetuo a centro terre in quo est tartarus plen⁹ aqua fm opinionem platonis ad superfitiez terre de quo trufatur arestoteles secundo metheororum:z p maxime quia tunc eque deberent eē aque i planitiebus z campestribus sicut prope montes vel indescensu illoz qd est contra experientiam.etiam omni tempore anni reperiuntur fontes non autem nix neqz pluuia.

## de generatione fluuiorum

Notandum q fluuij seu aque fluuialis continue durantes non fiunt ex mari:quia descendunt ad ipm z nō ecōtra neqz ex niue vl pluuia q: nō gtinue durāt qm fluu: q fiut ex niue durāt i estate z nō i hyeme pp cōgelatiōez Et q fiūt ex pluuia manēt tpe hyemali z nō in estate propter mutationē pluuiarū z excessiuā caliditatem. Restat ergo vt fiant ex fontibus qui continue durant propter continuam generationem aque ex aere in concauitatibus terre.

## De accñtibus seu proprietatibus fontium et fluuiorum.

Primum accidens est q in plana terra non possūt generari fontes quia alios fontis esset altius origine. Secundum

accidens est quod nō possunt esse in medio maris qꝛ non sunt montes nec ibi possunt ascendere. Tertium accidens est ꝙ aliquando sunt dulces aque fontium ⁊ aliquando amare. aliquando calide quia transeunt per loca mineralium in quibus reperiuntur huiusmodi accidentia. Unde fontes ⁊ fluuij transeuntes per aliquam terram accipiunt saporem illius terre sicut aqua colata per cineres propter adustionem cinerum capit amaritudinem. Unde refert seneca ꝙ est quidam fons qui habet saporem vini. Et phūs dicit ꝙ est quidaꝫ fons qui habet saporem aceti Omnes tamen fontes aque que non accipiunt caliditatem ex speciali dispositione terre per quam transeunt vel in qua oriuntur sunt frigide Et ideo est ꝙ aque fontales bibite in orifitio fontis sepe causāt strumē in collo eo. s. ꝙ in orifitio aliquorum fontium viget magna frigiditas illarum aquaruꝫ ideo si bibantur fatiunt descēdere superfluitates a cerebro que simul congregate faciunt strumen in collo. Quartum accidens est ꝙ aque fontales aliquando sunt odorifere ⁊ colerate diuersis coloribus propter causam dictam ⁊ etiam quia in ipsis sunt quattuor qualitates prime ex quibus possunt resultare colores odores et sapores. Unde plinius de naturalibus hystorijs ponit mirabilissima accidentia fontiuꝫ ⁊ fluuiorum. videlicet ꝙ est aliquis in quo si ꝓhitiantur ligna vel frondes lapidescunt. Et est alius in quo extinguitur candella accensa et extincta accenditur. Item est alius in quo aqua de die est frigida et de nocte est calidissima. Et alius in fluxus quo est et refluxus sicut in mari. Unde narrat ysidorus ꝙ in India est quidam fons qui quater in anno mutat colorem. aliquando enim est sanguineus. aliquando albus ⁊ aliquando viridis. Quintum accidens est aque fontales quedam sunt graues ⁊ quedam sunt leues. Unde narrat seneca ꝙ est quoddam stagnū in quo natant lapides ⁊ hoc quia grauitas aque excedit grauitatē lapidis et hoc propter commixtionem terrestreitatum. Et quanto aqua est leuior tanto est melior ideo ille que fluunt ad aquilonem a meridie sunt leuiores qꝛ trāseūt ꝑ regiōes calidas. ille q̄ ꝑ fluūt ad occidēs adhuc sūt meliores qꝛ cōtinue sol liquēs eas purificat. Meliores tn̄ sūt ille q̄ fluūt ꝯ ouēs qꝛ sol sꝑ opponitur eis ⁊ eas ꝑ radios suos sꝑ purificat. Hec autē accn̄ia sūt a virtutib9 occultis resultātib9 ex cōmixtōe mirabili. Quatuor q̄litatū primaꝝ cōcurrētib9 ad hoc speciali9 iſluētijs ⁊ ꝯstellatōib9

## De aqua stagnali

**Nota** ꝙ aque stagnales dicūtur aque q̄ non defluunt vt pax sic sunt aque paludose et stagna que multa sunt.

# Quartum capitulum de mari de ventis de motu terre de tonitruo coruscationibus fulminib9 et thiphonib9.

# De generatione maris

Mare sensibiliter generatur ex pluuijs fluminibus τ fontibus non quidem existentib⁹ sub mari quia fontes sunt altiores ꝙ aque fluens ex illis. sed ex fontibus existibus in montibus aut prope illos isensibiliter aut generatur mare ex terra τ aere per actionem illorum adinuicem iuxta doctrinam arestotelis. Secundo de generatione dicentis ꝙ ex quolibet elemento potest aliud immediate generari. Et non est intelligendum ꝙ mare secundum se totum sit generabile quia licet mare magnū secūdum partem cōtinue generetur et corrūpatur. cum continue alique partes maris generantur et corrumpantur: tñ secūdum se totū nō pōt gñari neq̄ corrūpi. qr vt colligit ab arestotele pri̇o de celo τ mūdo τ scđo de gñatione quatuor elementa sūt ꝑpetua et eterna ergo elementū aque ē eternū. sed elementum aque maxime cōsistit in mari. ergo mare scđm se totum est eternū Et notanter dixi mare magnū sicut est oceanū quia maria pua sicut mediterranea sunt genita secundū se tota τ aliqñ corrūpunt sicut fontes et fluuij nam in quocūq̄ loco est aliquod paruū mare in eodē mare aliqñ nō fuit nec aliqd eius τ ita aliqñ non erit. sicut quocunq̄ fonte signato.

# De loco maris

Dicit arestoteles secundo metheoroꝝ ꝙ locus in quo est mare est locus naturalis aque τ est locus maris. Secundum accidēs. primum patet quia aqua naturaliter locatur supra terram cum ibi vigeat virtus generatiua τ conseruatiua aque Secundum patet. quia in mari sunt quedam terrestreitates que magis debent locari in terra ꝙ in mari. ergo locus i n quo est mare est locus maris Secundum accidens siue secundum partem. Ex quibus infert philosophus ꝙ omnes fluuij naturaliter fluunt ad mare et causa est qr locus maris est locus aquaꝝ. etiā ille locus est bassus igitur omnes fluuij ad eum fluunt. Sed dices forte ꝙ mare deberet augeri per ingressum maiorum fluuiorum. Dico ꝙ verum est si nichil a sole iternm eleuaretur. sol enim per suam caliditatem eleuat aquas subtiles maris τ dimittit grossas et terrestres et ex illis subtilibus fiunt nubes et ex nubibus fiunt pluuie.

# De salsedine maris

Dimissis varijs opinionibus quas recitat τ improbat arestoteles secundo metheororum de salsedine maris. Dico breuiter de mente sua in loco preallegato ꝙ salsedo maris causatur ex mixtione sicci terrestris adusti cum humido. nam quando siccum terrestre non est totaliter digestum sed combustum: et quando dominatur tale cōbustum super humidum tunc causatur salsedo. etiam ad salsedinem maris concurrit sol qui continue per caliditatē suam eleuat a mari subtile dimittendo grossum quod maxime facit ad salsedinem maris: pro-

bat hoc philosophus aliquibus signis. primum signum est liscivij cola=
ti ex cineribus qui sunt terrestres. Secundum signum est salsedo sudo=
ris et vrine transeuntium per poros quibus admiscentur fumi grossi ter
restres. Tertium signum est ꝙ aqua salsa ponderosior est aqua dulci.
Unde dicit arestoteles ꝙ naues onerate venientes amari ad aquaz dul
cem submerse sunt et hoc est signum quod dulcis est levior. Quartum
signum est de vase cereo subtile obstructo tunc aqua vi per poros ingre
diens erit dulcis et hoc est propter seclusionem terrestrium causantiuz
salsedinē. Quintū signū est de sale quod non potest fieri ex aqua dulci sz
solum ex salsa et plena terrestreitatibus. Sextum signum est ꝙ in pale=
stina est vnum stagnum ita salsum grossum et ponderosum in quo si p̄=
hiciantur equi ligatis pedibus non sumerguntur qui tamen sumerge=
rentur in aqua dulci et in illo stagno non possunt pisces nasci nec nutri=
ri propter multam salsedinem et amaritudinem Septimum signum est
ꝙ mare versus austrum est magis salsum eo ꝙ auster est ventus cali=
dus et multarum exalationum elevativus. ❡ Ex istis signis ergo re=
linquitur ꝙ corpus siccuz terrestre adustum per mixtum cū humido a=
queo causat salsedinē. Sed queres an fontes aliqui et fluuij possint esse
salsi Respōdetur ꝙ sic. quia per virtutez solis et aliorum astrorum pos=
sunt eleuari a terra multe exalationes terrestres que possunt commi=
sceri cum talibus aquis. Similiter sicut fontium et fluuiorū aliqui sunt
calidi et aliqui frigidi. aliqui graues et aliqui leues. vt dictum fuit su=
perius. ita aliqui sunt dulces aliqui amari et aliqui salsi et causa est quo
niam aque habentes multum de sicco terrestri adusto sunt salse et ama
re. non habentes autem tale siccum aut modicum bene digestum sunt
dulces. ❡ Unde per virtutem solis et aliorum astrorum in terra gene=
rantur multe exalationes que quandoqz inflamātur et in flamāt quas
dam partes terre et sic partes terre passe a calido diuerse acquirunt
dispositiones et aque per huiusmodi terras transeuntes diuersos ha=
bent sapores colores et virtutes. Et propter hoc quidam fontes re=
periuntur calidissimi vt balnea et quidam frigidissimi et quidam mediū
alij dulces. alij amari et alij salsi. nam fertur ꝙ in sicilia est quidam fons
quo habitantes vtuntur tanꝙ aceto et reddit fluuiū dulcē quē ingredi
tur amarum. Uerum est tamen ꝙ fluuij et fontes non sunt tam salsi si=
cut mare ex quo sūt scripti iō nō recipiūt exalatiōes descēdētes sicut mare

## De fluxu et refluxu maris

Notandum ꝙ mare dicitur fluere et
refluere quatruplicater. ❡ Unomodo ab aquilone ad austrum se
a sep temtrione ad meridiem quod idem est et econtra quia in septem
trione mare est multum eleuatum et in meridie multum depressum. iō
cum aqua naturaliter fluat ad locum decliniorem oportet ipsam moue
ri a septemtrione ad meridiem, nam septemtrio multum distat a sole

ideo sibi est magna frigiditas et per consequens multa conversio haeris in aquam et sunt multi montes in quibus generantur fontes et fluvij qui non consumuntur propter defectum caloris. In austro autem consumuntur aque ⁊ exsiccatur mare propter excessiuam caliditatem ideo oportet q ibi sit bassum. Econtra vero interdum mare refluit ab austro in aquilonē propter equam multam rarefactam ⁊ tumefactam ⁊ consequenter virtute solis multum elevatam. Secundo mare fluit et refluit per agitationem ventorum ad omnem differentiam positionum. Tertio mare fluit ⁊ refluit per hoc q ex vno latere fluunt et augentur fluuij et exalatio diminuuntur vel totaliter desiccantur ⁊ inde est q mare ex vno latere aliquando fluit propinquius aliquibus civitatibus ⁊ ex alio latere fluit distantius ab alijs. Quarto autem mare fluit et refluit naturaliter et realiter omni die naturalibus . non autem quodlibet mare . sed solum mare oceanum de quo fluxu et refluxu tantum faciam hic mentionē. De quo breviter dico q luna per suum lumen ⁊ influentiam specialem quam habet super humida est causa huiusmodi fluxus et refluxus maris quia posita luna cum tali influentia speciali in tali vel tali puncto fit talis fluxus vel refluxus maris. Ex quo sequitur q vnus fluxus fit luna veniente ad punctū meridiei ⁊ refluxus fit luna veniēte ad occasum. Alius fluxus fit luna eūte ad angulum noctis. id est ad oppositam partem meridiei et refluxus fit luna eunte ad ortum suū. scilicet ad orientem ita q sic est ymaginandum q sicut animal per caliditatem alterat cibum et per aliam virtutem ip̄m attrahit ita q cū fluxus dicat tumefactionem ⁊ alterationem luna mediante lumine tum efficit mare et per virtutem occultam ipsum attrahit sicut magnes attrahit ferrū ab oriente in meridiem ⁊ ab occidente ad angulum noctis. a meridie autē in occidens ⁊ ab angulo noctis in oriens refluit mare quia luna suis virtutibus non amplius directe respicit mare ⁊ sic quodāmodo priuatiue dicitur causa refluxus. Et illi fluxus et refluxus retardantur de die in diē quasi p vnam horam vel ꝓpe ita q si illi flux⁹ sint hodie hora.x.et hora.xi.ipsi erunt cras hora.xi.⁊.xiij.

## De vniformitate ⁊ difformitate mariū quo ad fluxum et refluxum

Notandum q aliqua maria nunq̄ fluunt et refluunt quia aliqua maria sunt ita grossa ⁊ terrestria q in eis homines super natant ligatis etiam manibus et pedibus. vt dicit philosophus secundo metheororum et ideo nulla virtus lune sufficit causare in illis fluxum et refluxum . Et aliqua sunt que solum semel in mense fluunt et refluunt et causa est quoniam aliqua maria sunt multum grossa et terrestria non tamē tm̄ sicut priora q̄ fluxū ⁊ refluxū nō possūt habere nisi semel in mense luna exīte maxime plena . quorū fluxus in-

cipit a coniunctione et durat etiam usque ad oppositionem intendendo sicut lumen intenditur in luna. refluxus autem incipit ab oppositione et durat etiam usque ad coniunctionem sequentem remittendo se secundum quod remittitur lumen lune eo quod influentia astractiua sicut tempore fluxus continue est vigorosior ita tempore refluxus sit debilior ex continua debilitate aspectus ad illa maris

# In quo tempore fluxus et refluxus maris sunt maiores

Fluxus et refluxus maris maiores fiunt in hyeme quam in estate et vere quam in autumpno cuius causa est quia fluuii currentes ad mare sunt maiores in hyeme quam in estate et in autumpno. ideo maiores fiunt fluxus. Sed fiunt maiores refluxus ex maiori vigorositate virtutis astractiue lune in illis temporibus quam in aliis. Sed queres forte an omnis aqua possit fluere et refluere. Ad quod respondeo quod licet omnis aque virtute lune tumescant quod potest patere de amphora aque plena que luna conueniente ad oppositionem expandit. expandit exterius. non tamen omnes fluxum et refluxum patiuntur quoniam cum aque maris pluuiales continue descendant si paterentur fluxum et refluxum simul mouerentur motibus contrariis. Ideo aliqui solent quinque conditiones assignare ad hoc quod aliqua aqua possit fluere et refluere. Prima quod sit grossa et spissa vt vapores ipsius per caliditatem solis non possint cito euaporari. Secunda est quod aqua sit multa quia si esset modica vapores qui quodammodo requiruntur ad fluxum et refluxum non possent in ipsa congregari: nec agitari huc et illuc sed cito dispergentur. Tertia conditio est quod bene possit respici luna vt radii lunares possint ab ea eleuare vapores. Quarta quod sit salsa. Quinta quod sit profunda et concaua alias cito euaporaretur.

# De generatione gulphi

Gulphi sic videntur generari nam quidam fluuii mouentur a locis contrariis non impetuose et tales non generant gulphos Sed moti impetuosi generant illos propter cursum et resistentiam illorum ita quod aqua giratiue mouetur in loco concursus ad modum turbinis in quo si reperiatur nauis non poterit recedere.

# De generatione montium.

Montes generantur ex agregatione partium subtilium terre venientium ad vnum locum per impulsionem ventorum et ex agitatione maris et aquarum facientium partes terre fluere ad certum locum: ac etiam ex terremotu quo submergitur magna pars terre et aliquando ciuitates in profundissimam vallem propter quam partes laterales videntur montes. Quelibet ergo istarum trium causarum vt vult albertus magnus sufficit generare quendam montem et omnes simul faciunt magnum montem

# De generatione ventorum

Sciendum ꝙ ventus sic generat͂ nã ꝑ calore͂ solis ⁊ aliorum astroꝝ eleuatur exalatio calida ⁊ sicca nõ cito inflãmabilis a corporib⁹ humidis vsq͂ ad mediã regionez aeris q̄ ꝓpter frigiditatez medie regionis h aeris repercutitur inferius esse et propte leuitatem eius nititur ascendere sursuum ⁊ mouet͂ lateraliter Et ex hoc põt videri qd̄ sit ventus diffinitiue: nã vẽtus est multa exalatio subtilis calida ⁊ sicca ĩpetuose lateraliter mota ad magnã distãtiã. pmo dr̄ mlta q: pauca exalatio q̄tũcũq͂ sibi ꝯperãt oẽs ꝑticl'e alie diffinitiõis nõ dr̄ vẽtus iõ anhelit⁹ nec aer mot⁹ a folliculo dr̄ ventus dat o ꝙ sit exalatio cũ aliis ꝑtib⁹ diffinitiõis. Scd̄o dr̄ exalatio ad drīam elementoꝝ quare nec aer nec aqua nec ignis p̄t esse ventus. Tertio dr̄ subtilis ad drīam terremotus et aliaꝝ exalationũ manẽtiũ ⁊ terminãtiũ visũ qñ impossibile est ventũ videri. Quarto dicitur calida ⁊ sicca ad drīam vapoꝝ qui cõiter dicunt exalationes calide ⁊ humide. Quinto dr̄ ĩpetuose qñ exalationes se inuice͂ ꝑcutientes lente non faciũt ventũ. Sexto dr̄ lateralit͂ mota qñ exalatões mote scd̄z supi⁹ ⁊ ĩferi⁹ nõ cãnt vẽtũ iõ oportet ꝙ obliq͂ ⁊ lateraliter moueant͂. Septio dr̄ ad magnã distantiã quia exalatio hñs oẽs cõditões dictas si nõ moueat͂ ad magnã distãtiã ꝓpter non dr̄ vẽt⁹

# De numero ventorum

Sciendum ꝙ .xij. sunt venti scd̄m phm̄ scd̄o metheoroꝝ iux͂ .xij. celi signa sub q̄b⁹ sol discurrẽs ꝯmouet ⁊ facit cessare ⁊ habet virtute͂ ad eleuandũ materiã illoꝝ ventoꝝ. quoꝝ prim⁹ latine vocatur subsolanus. Scd̄us vocat͂ vulturn⁹: Terti⁹ vocatur eurus notus. Quart⁹ africus auster. Quint⁹ fauoni⁹. Sextus chorus Septimus aquilo. Octauus dr̄ boreas. Nonus dr̄ circius. Decimus dr̄ eurus auster. Undecim⁹. auster. Duodecim⁹ dr̄ eurus africus. Subsolan⁹ enĩ flat ab oriente equinotiali vulturnus aute͂ flat ab oriente estiuali. s. a pũcto in quo oritur sol qñ est in solstitio estiuali. s. in cancro. s. qñ maxie ascẽdit supra nr̄m orizonte͂ aut̃ zenit capitis nr̄i. Eurus not⁹ vero flat ab oriente hyemali. s. a puncto in quo orit͂ sol qñ est solstitiũ hyemale puta qñ sol est in capricorno. Africus auster flat ab occidente estiuali. s. a pũcto in quo occidit sol qñ est solstitiũ estiuale Fauonius flat ab occidente eq͂notiali. scz a puncto illo in quo occidit sol quando est equinotium. Chorus flat ab occidente hyemali. scilicet a puncto in quo occidit sol quando est solstitium hyemale. Aquilo flat a puncto quod mediat ĩ oriens estiuale et septemtrionem. Boreas flat a polo artico versus equinotialem Circius flat a puncto quod mediat inter occidens estiuale et septẽtrione͂ Eurus auster flat a puncto quod mediat inter oriens hyemale ⁊ meridiem. Auster flat a puncto qui dicitur meridies. Eurus afric⁹ flat a puncto quod mediat inter occidens hyemale ⁊ meridie͂. Et aduerte ꝙ subsolanus dicitur eo ꝙ sub ortu solis nascitur. Et eurus quia ab oriente flat. Et vulturnus quia alte sonat. Et fauonius quia est principalis ventus: Chorus dicitur quia circulum ventorum claudit. Sed auster dicitur quia habet adextrum eurum austrum et a sinistro eurum africum.

